



Nf. 41.  
(1)

COMMENTATIONIS  
DE  
SCEPTICISMO EXEGETICO  
SUPPLEMENTUM II.

EDIDIT  
JO. HENR. CALLENBERG

Halæ in typographia Instituti Judaici  
CIC 1000 XXXVI.

\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

**H**AEnlingius. Schomeri colleg. controu.  
41.

Hardt, Herm. von der. Sic ironiæ exempla profert in medium, vt, qui illum temere sequitur, quemuis sensum cuiusvis pene loci cedere possit. Fundam. gramm. exeg. 54. Rambach. instit. hermen. 128. 129.

Hieronymus. in Gal. V. & III. 10. Ejus opinatio est, Judæos in hebræis veteris testamenti libris deleuisse, quæ christianis aduersum se prodesse putauerint. Commemorat Pauli verba : *scriptum est enim, execrabilem esse, quicunque non susterit omnibus in legis libro scriptis, eaque præsiterit.* Et subjicit : incertum se habere, vtrum LXX interpres addiderint, *omnis homo, & in omnibus,* an in veteri hebraico sermone ita fuerit, &

)

postea

## 2 COMMENT. DE SCEPTICISMO

postea a Judæis deletum sit. Modestia ejus ex his verbis elucet, quæ leguntur in præfatione comment. in Abdiam : *cum essem parvulus, ut parvulus, loquebar, ut parvulus sapiebam, ut parvulus cogitabam : postquam factus sum vir, quæ parvuli erant, deposui.* Si Apostolus proficit, & quotidie, præteriorum obliuiscens, in priora se extendit, & secundum præceptum domini salvatoris, stiuam tenuens, post tergum non respicit : quanto magis ego, qui nec dum ad ætatem perfecti viri, & in mensuram Christi veni, mereri debo veniam, quod in adolescentia mea prouocatus ardore, & studio scripturarum, allegorice interpretatus sum Abdiam, prophetam, cuius historiam nesciebam. Ardebat animus cognitione mystica : & quia legeram, omnia possibilia credentibus, ignorabam, diuersa esse charismata. Literas saeculi noueram, & ob id putabam, me librum legere posse signatum. Sperabam, in scrinio lis latere, quod scripseram, & ingenioli mei primam temeritatem ignibus voveram, cum subito de Italia affertur exemplar a quodam juuene tot annis, quot ego quondam scripseram, laudante opusculum meum. Fateor, miratus sum, quod, quantumuis aliquis male scripserit, inuenit similem lectorem sui. Ille prædicabat ; ego erubescbam : ille quasi mysticos intellectus ferebat ad cœlum ; ego, demissso capite, confiteri meum pudorem prohibebar. Quid igitur,

con-

## EXEGETICO SUPPLEMENT. II. 3

condemnamus, in quo pueri lusimus ! minime.  
Sed libere profiteor, illud fuisse puerilis inge-  
nii, & hoc, quod nunc scribo, maturæ sene-  
cetutis.

Hosius. Ejus placita. A. H. Franckii hermen.

30.

Huntlaeus, Gordonus, Gerhard. conf. cath.  
418. col. 2.

Hysterologie. Kromayeri theor. posit. pol. 56.  
Ibn hazem, muhammedanus, librum memo-  
ratur scripsisse, cuius titulus sit : demonstratio,  
quod judæi & christiani legem & evangelium  
corruperint. Hotting. thes. lib. I. c. 2. quæst.

4. p. 125.

Ioachimus, abbas. Centur. Magd. sæc. 13. p.  
223. 224.

Iobius. Suic. thesaur. to. I. 796.

Irenæus. Halloix scriptores eccl. orient. sæc.  
II. 503. 510. 535. 538.

Iulianus, apostata. De eo Socrates in hist.  
eccl. Amstel. 1695. lib. 3. p. 199. In eo  
autem libro, quem de cynica philosophia inscrip-  
xit ; docens, qua ratione sacras tabulas fingere  
deceat, hujusmodi in rebus occultandam, ait,  
esse veritatem : sic enim laquitur. Amat enim  
latere natura : & abdita Deorum substantia  
nudis & apertis verbis in impuras aures pro-  
jici se non sustinet. Ex quibus apparet, impe-  
ratorem de diuinis scripturis ita sensisse : eas  
scilicet esse sermones mysticos, arcanam quan-

) ( 2 dam

#### 4 COMMENT. DE SCEPTICISMO

dam intelligentiam complectentes. Quia etiam indignatur, quod non omnes eandem de illis habent opinionem, & inuehitur in christianos illos, qui diuina oracula simplici & obuio sensu interpretantur. Atque non decebat simplicitatem vulgi tantopere insectari, nec illius causa, aduersus sacras literas insolentia efferrī: neque odiſſe & auersari ea, quae recte ab aliis intelliguntur, propterea quod non omnes, sicut ipſi libitum est, eas intelligent.

Iunius, Franciscus. Hackspan. sylloge dissert.

444.

Kratzensteinius. Speneri Bedenkēn. T. 3.  
part. 3. pag. 493.

Lapide, Cornel. a. in canonibus, comment. in epist. Paul. præmissis, can. rerum 8. Scriptura, inquit, potest varios habere sensus. Et in Eph. 3. cum sensus literalis sit ille, quem autor intendit, autor vero proprius & præcipuus sacræ scripturæ sit ipse Deus, cum intentio & mens non est alligata uni duntuxat veritati, ut est hominum intelligentia, sed omnia eodem prorsus momento comprehendat; dubium non est, quin possit Deus iisdem verbis eodemque tempore diuersa nobis significare.

Lerinensis, Vincentius, in libello aduersus profanas hæreſeon nouationes: quia scripturam sacram, pro ipsa ſui altitudine, non uno eodemque ſenſu vniuersi accipiunt, ſed eiusdem eloquia aliter atque aliter aliis atque aliis interpretatur.

pretatur. Alter namque Nouatianus, aliter Photinus, -- exponit. Atque idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris anfractus, ut propheticae & apostolicae interpretationis linea secundum ecclesiastici & catholici sensus normam dirigatur. Catholici autem & ecclesiastici sensus normam ita exponit: in ipsa catholica ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est: hoc est enim vere proprieque catholicum, quod ipsa vis nominis ratioque declarat, que omnia vere vniuersaliter comprehendit. Sed hoc ita demum sit, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem vniuersitatem hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia. Antiquitatem vero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus: quos sanctos majores ac Patres nostros celebrasse manifestum est. Consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium, vel certe pene omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitio- nes, sententiasque sectemur.

Limborch. theol. 30. col. 2.

*Lindanus*, Guil. de optimo genere interpret. lib. I. c. 2. dicit: a Judæis sacrum fuisse corruptum codicem.

*Lorichius*. Chamier, panstrat. to. I. p. 10. B.  
*Lyranus*. Nic. Gerh. conf. cath. 422. bibl.

( 3 ) polygl.

## 6 COMMENT. DE SCEPTICISMO

polygl. angl. prol. 39. col. 1. statuit : eundem scripturæ locum multos capere sensus historicos. in 2. Reg. 7.

*Lutherus.* Rejecta ab ipso intemperies allegoriarum. Clerici biblioth. vniu. & hist. tom.

22. l. 1. 14. p. 232-238.

*Maldonatus.* Gerh. conf. cath. 35. col. 2.

*Martinius.* Buxtorf. de punctorum origine. 9.

*Marcellius,* jesuita, docet: *dari doctrinarum christianarum traditiones, quas Christus noluerit scripto consignari.* Sapient. pacif. Part. 2. disq. 3. art. 3. prof. math. VII. 6. Spanhem. op. to. 3. 133.

*Morinus.* lib. 1. exercit. c. 2.

*Muhammedus.* Alc. II. 13. 176. III. 77. IV.

44. V. 14. Donatos sacro codice arguit, abscondisse ipsos multa, quæ in illo fuerint. Dicit: *o scripturarii! jam venit ad vos legatus noster, ostenditque vobis multa de iis, quæ celatis, ex scriptura deleta.* Alcor. V. 16. *O professores scripturae! quare vestitis veritatem vanitate, atque absconditis veritatem, quum scias?* Quod Gelald. a Maraccio p. 122. cito tatus, de sacræ scripturæ interpretatur corruptione, qua veritatem abscondant, subtrahendo vaticinia, quæ in illa de Muhammedo extiterint. Ja&tata hæc ab eo est corruptio, ob tres potissimum causas, multitudinem hæreticorum, erasas prædictiones, quæ de se egerint, inserta loca de morte Christi, & alia

quædam

---

EXEGETICO SUPPLEMENT. II. 7

---

quædam dogmata. In primis eam tribuit Ju-  
dæis malitiam, ut verba Dei immutauerint,  
ac eorum occultauerint partem. *Ex illis,*  
ait, *qui Iudei sunt, quidam verba mutarunt,*  
*atque deleuerunt ex locis suis.* Item alio lo-  
co : *cupitisne, ut illi vobis fidem habeant,*  
*cum nonnulli ipsorum verba Dei audierint,*  
*eaque, abs se licet probe intellecta, mutau-  
erint.* Alcor. IV. 44. Sed ipse suam infre-  
git calumniam Muhammedus, quod passim  
codices sacros veteris & noui fœderis tam  
impense adsecélis, quam alcoranum, commen-  
dauit. Sur. II. 4. 5. III. 3. 83. 119. IV. 135.  
162. Digna etiam est, quæ legatur, hujus  
criminationis a Michael Nau, & Maraccio  
instituta refutatio : ab illo, in scriptione, cu-  
jus titulus est, *religio christiana, contra alco-  
ranum per alcoranum pacifice defensa & pro-  
bata;* (\*) ab hoc, in prodromi, alcorani refu-  
tationi præmissi, parte prima, & in ipsa refut.  
Sur. II. 13. Thesaur. theol. philol. to. II.  
in indice, sub vocibus, Mahumed & Turci.  
Crenius de re litter. 183. Baile dict. sub vo-  
ce, Mahomet. 491. Rerum anglicarum  
scriptores post Bedam præcipui, in indice,  
sub voce, Mahumet.

*Museus, Jo. in quaestioneis theologicis de  
syncretismo & scriptura sacra. 1679. 315.*

*Nicolai,*

---

(\*) Lutet. Paris. 1680.

## 8 COMMENT. DE SCEPTICISMO &c.

*Nicolai*, M. N. Schomeri colleg. controv. 26.  
*Odo*, abbas cluniacensis, in tr. quod b. Martinus par dicitur apostolis, cap. 5. in magna biblioth. patrum, Paris. to. 7. 646. statuit: dubitationem piam de occultis meliorem esse, quam litigiosam de incertis contentionem.

*Olivetanus*, Petrus Robertus, qui primus Gallice reddidit codicem sacrum, eandem de hebræorum punctis sententiam habuisse dicitur, quam postea Ludouicus Cappellus vulgavit. Rich. Simon hist. crit. du V. T. 478. a.

*Origenes*. Epist. ad Africanum, de hist. Susanna: item homil. XII. in Jeremiam. *Mosheimii* disp. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia. 68. 74. 75. De adsumpta a filio Dei humana natura dicturus, profiteretur: *se ea magis, quæ suspicetur, quam quæ estimare ausit, in medium esse allaturum.* Huetius in Origenianis, 189. Scribit quoque in tract. in Matth. *se dissonantia veteris testamenti potuisse conciliare, facto judicio e variis editionibus: at non sic in novo, sine periculo.*

*Osiander*. bibl. polygl. angl. proleg. 38. col. 2.  
*Otho*. Petzius in thesauro anecdot. to. 3. part.

2. p. 171. fin. 173. 266. fin,

\* (o) \*

\*

Bd 12/16.

8 8

Bd C.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1 Centimetres

1 Inch

Farbkarte #13

COMMENTATIONIS  
DE  
SCEPTICISMO EXEGETICO  
SUPPLEMENTUM II.

EDIDIT  
JO. HENR. CALLENBERG

Halae in typographia Instituti Judaici  
CIC 10CC XXXVI.

\*\*\*\*\*

**H**AEnlingius, Schomeri colleg. controu.  
41.

*Hardi*, Herm. von der. Sic ironiæ exempla profert in medium, vt, qui illum temere sequitur, quemuis sensum cuiusvis pene loci cedere possit. Fundam. gramm. exeg. 54. Rambach. instit. hermen. 128. 129.

*Hieronymus*. in Gal. V. & III. 10. Ejus opinatio est, Judæos in hebræis veteris testamenti libris deleuisse, quæ christianis aduersum se prodeesse putauerint. Commemorat Pauli verba : *scriptum est enim, execrabilem esse, quicunque non susterit omnibus in legis libro scriptis, eaque praesiterit.* Et subjicit : incertum se habere, vtrum LXX interpres addiderint, *omnis homo*, & in *omnibus*, an in veteri hebraico sermone ita fuerit, &

) postea